

1769.

1300—1310.

ÅKE PIKS tillkännagifvande, att han, vid sin dotters Margaretas ingående i Gudhems kloster, gifvit henne alla sina och sin hustrus gods i Slätohult, samt dem han köpt af Knut Ebbesson, hvilka tillförne tillhört hans svåger Björn Gedda.

A. 3. å.

Omnibus ad quos presens scriptum peruenerit, AQUO dictus PIK salutem in domino sempiternam Vniuersitati vestre pateat per presentes me bona mea omnia nec non quondam vxoris mee cristine in slätoholt scita (!) filie mee margarete cum ipsam religiositati tradidi in gudem perpetuo contulisse possidenda, Jtem quod ab kanuto ebbasson omnia predia videlicet partem vnus fratris comparauit, quam possedit bero gædda frater quondam vxoris mee similiter et eidem filie mee fateor contulisse, hec nimirum bona taliter emi, quod bero senior gedda ex parte mea suprascripto beroni soluit vnum frustum panni viridi genst, V. pecora, et viginti marchas denariorum, jn cuius rei euidenciam firmiorem siggillum meum presentibus est appensum.

*På frånsidan:* Per predia slätaholt; *med nyare hand:* Åke Pijk.

Sigillet oskadadt, på en ur brefvet klippt remsa.

1770.

1300—1310.

Nydala.

ERIK UNNESSONS intyg om den förbindelse Gudmund Stålbubbes slägtingar åtagit sig, att skydda munkarne i Nydala från hans oförrätter, och att med sina gods ansvara därför.

A. 6.

Omnibus presens scripsum cernentibus, ERICUS VNNASON salutem in domino, Nouerint vniuersi quod Ego in Nouawalle, dominica Palmarum cum essem constitutus, audiui fideiussionem et securitatem, quas cognati Gudhmundi dicti staalbubbæ fecerunt monachis dicti loci, super iniuriis ab ipso, eis antea irrogatis, jurantes igitur promiserunt firmiter fide data, Throtto de langhedhe, et Throtto alter de stenlyngarydh, quod predia sua in dictis locis sita, dimitterent monachis predictis perpetuo possidenda, si dictus staalbubbe dictos Claustrales, vel eorum aliquem amodo armis impeteret, aut eis attinentem, seu dampna rerum eis faceret, vel eciam modis aliis graues iniurias prepararet, jn cuius rei testimonium siggillum meum rogatus ab vtrisque apposui huic scripto, actum loco et die suprascriptis, placuit eciam tam monachis predictis quam suprascriptis cognatis dicti staalbubba ut siggilla holmgeri magnusson, et johannis sonason his litteris appenderentur . . . . *in euidenciam pleniorem.*

*På frånsidan:* stenlyngaryd jn parrochia hællasseryd.

Sigillen borta; 3:ne ur brefvet klippta remsor finnas kvar.

*Sv. Diplom. II.*

90